



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,  
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus  
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,  
& Decretorum ad Officium ...**

**Urban <VIII., Papst>**

**[Romae], 1645**

De Nouitijs ad habitum Regularem non recipiendis, nisi in Monasterijs, &  
locis designandis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10826**

tas ex nunc decernimus, & declaramus. Priuilegijs, Statutis, & consuetudinibus quibuscunque in contrarium minimè obstantibus. Dat. Romæ die 12. Martij 1596.

### Renouatio, & ampliatio eiusdem Decreti.

*De Nouitijs ad habitum Regularem non recipiendis, nisi in Monasterijs, & locis designandis.*

**S**anctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster D. Clemens Diuina prouidentia Papa VIII. cum iam dudum animaduerteret collapsa Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum, iuxta sui muneric debitum, uigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Monasterijs, & Conuentibus, ijsq. præsertim, qui maiori indigent reformatione, singuli ad Religionem profitendum recedentes, passim, ac sine delectu recipiuntur, ac inde fieri, ut quo magis varijs constitutonibus malè affectas radices euellere, studet, eo magis infructuosa nouiter profitentium germina quotidie succrescant: cumq. ob zelum, ac desiderium, quo tenetur Sanctitas Sua, omnes Regulares ad vetus suę cuiusq. Religionis institutū redigendi, districte prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipicndum habitu Religionis admitteretur, profitereturne, quo usque Monasteria, & Conuentus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius Regularis obser-

seruantia , secundum reformationem à Sanctitate  
 Sua institutam introduci: Quia tamen non obstan-  
 te tali prohibitione, cognovit nonnullos fuisse, vel  
 sub colore facultatis , & licentiæ à Sanctitate sua  
 obtentæ , vel quia talis prohibitio ad illorum noti-  
 tiā non peruererit , receptos , & admissos , præ-  
 ter mentis suæ sensum : Idecò huic malo prospic-  
 cere volens , ne licentiarum , ac facultatum huius-  
 modi subreptione, ac prætextu , Decretum Sancti-  
 tatis suæ irritum reddatur ; Nunc denuò districte  
 præcipit , ac mandat omnibus Generalibus , Pro-  
 vincialibus , Commissarijs , Ministris , Præsidentibus ,  
 Abbatibus , Prioribus , & Guardianis quibuscum-  
 que, cæterisq. Superioribus , Conuentuum , Mona-  
 steriorum , ac Domorum quocunque nomine ap-  
 pellentur, intra Italiā , & Insularum adiacentium  
 fines existentium , quorūcunque Ordinum Men-  
 dicantium , & non Mendicantium (exceptis tamen  
 Carthusianorum , Fratrum Minorum de strictiori  
 Obseruantia, necnon Capuccinorum Sancti Fran-  
 cisci , Reformatorum Sancti Dominici , Discalcea-  
 torum Ordinis Carmelitarum , necnon Fratrum  
 Congregationis Fuliensis , Cisterciensis Ordinis, ac  
 Eremitarum Eremi Camaldulensis , & Montis Co-  
 ronæ Clericorum Regularium Theatinorum , So-  
 cietas IESV , Sancti Pauli Decollati , & aliorum  
 de Somascha , Ministrorum Infirmorum , respecti-  
 uè Ordinibus , Societatibus , seu Congregationibus ,  
 nuncupatis , quæ etiam antea exceperat , & nunc  
 iterum excipiendo , voluit prohibitionem hanc ad  
 illa nullo modo extendi.) Ne sub cuiusvis licentiæ,  
 &

& facultatis impetratæ, vel impetrandæ obtenu, nisi per litteras in forma Breuis dumtaxat, & non alias quemquam ad habitum Regularem suscipien-dum, nec etiam conuersos, nisi in Conuentibus, Monasterijs, & Domibus, auctoritate eiusdem S. D. N. propediem in vnaquaque Prouincia desi-gnandis, recipere, aut receptos ad professionem admittere vlo modo audeant. Quinimò contra primam prohibitionem Sanctitatis suæ receptos, etiamsi imperfectum habitum, aut sine caputio ge-rant, post præsentis Decreti in Romana Curia pu-blicationem, omnino ejcere debeant.

Superiorem autem, qui huius Decreti transgres-sor extiterit, ipso facto pœnam priuationis omniū officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis actiuæ, & passiuæ, & perpetuæ inhabilitatis ad alia impos-te-rum obtinenda, eo ipso incurrere voluit, ac decre-uit, & alijs etiam pœnis arbitrio Sanctitatis suæ imponendis subiacere.

Receptiones verò, & profesiones quilibet eo-rum, qui contra huiusmodi Decretum admissi fue-rint, nullas, & irritas esse ad quemcūque effectum, ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas sua eos Ordines comprehendere, qui Conuentus, Domos, & Monasteria à se probata pro Nouitorum recep-tione, & educatione, hactenus permissione sua constituerit.

Cæteras verò licentias, siue particulares, quæ in hanc diem effectum non sunt sortitæ, reuocat & annullat.

Vult

Vult autem Decretum hoc suum in solitis locis  
Vrbis publicatum ita predictorum singulos affice-  
re, ac si cuilibet personaliter fuisse intimatum, pri-  
uilegijs, statutis, & constitutionibus quibuscunque  
in contrarium minimè obstantibus.

Dat. Romæ apud S. Marcum, die 20. mensis Iu-  
nij 1599.

*Decreta pro reformatione Regularium, tam Mo-  
nachorum, quam Mendicantium cuiuscun-  
que Ordinis, & Instituti.*

### CLEMENS PAPA VIII.

**N**ihil omnino prætextu cuiuscunque priuilegij, vel superioritatis, etiā Generalatus, & seruicio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprij officij munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem & Prædicatoribus Superiores ijs tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, dispensare possint; Idem quoque præstare valeant cum ægrotis, & studiorum causa legitimâ impeditis. In eos vero, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari pœnitentia Superiores animaduertant ad præscriptū Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerint, subtractione.

Lectio Sacrae Scripturae, vel Casuum conscientiarum in hebdomada præscriptis diebus in singulis Monasterijs, & Conuentibus habeatur, ad quā Fratres omnium cōueniāt, eaq. absoluta, mutua collatio-

ne